

PROPRIO DE LA MISA

SAN GUILLERMO

Abad

25 de Junio - Fiesta clase 3.^a - Blanco

Salmo 36.30-31,1 INTROITO

OS justī meditabitur sapientiam, et lingua ejus loquetur judicium: lex Dei ejus in corde ipsius *Ps.* Noli æmulari in malignantibus: neque zelaveris facientes iniquitatem. *Ÿ.* Gloria Patri.

La boca del justo derrama sabiduría, y su lengua expresa la justicia; la ley de su Dios está en su corazón. Salmo. No te irrites a la vista de los malvados, ni envidies a los que obran la maldad. *Ÿ.* Gloria al Padre.

COLECTA

DEUS, qui infirmitati nostræ, ad terendam salutis viam in Sanctis tuis exemplum et præsidium collocasti: da nobis, ita beati Gulielmi Abbatis merita venerari: ut ejusdem excipiamus suffragia, et vestigia sequamur. Per Dominum.

¡Oh Dios!, que, para allanar a nuestra flaqueza el camino de la salvación, nos has dado en los Santos ejemplo y auxilio; concédenos venerar de tal modo los méritos del santo abad Guillermo, que sintamos los efectos de su intercesión y sigamos sus pisadas. Por nuestro Señor.

Eclesiástico 45.1-6 EPÍSTOLA

DILÉCTUS Deo et hominibus, cujus memoria in benedictione est. Similem illum fecit in gloria sanctorum, et magnificavit eum in timore inimicorum, et in verbis suis monstravit. Glorificavit illum in conspectu regum, et jussit illi coram populo suo, et ostendit illi gloriam suam. In fide et lenitate ipsius, sanctum fecit illum et elegit eum ex omni carne. Audivit enim eum, et vocem ipsius et induxit illum in nubem. Et dedit illi coram præcepta, et legem vite et disciplinae.

Es amado de Dios y de los hombres, y su memoria vive en bendición. Dióle el Señor una gloria semejante a la de los santos y le hizo grande y terrible a sus enemigos ; hizo cesar los prodigios. Glorifícale ante los reyes; dióle sus órdenes para su pueblo, y le mostró su gloria. Por su lealtad y su dulzura lo consagró y lo escogió entre todos los hombres. Hizole oír su voz y lo introdujo en la nube. Y dióle cara a cara los mandamientos, la ley de vida y de inteligencia.

Salmo 20.4-5

DÓMINE, prævenísti eum in benedictiónibus dulcédinis: posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretiósio. Vitam pétiit a te, et tribuísti ei longitúdinem diérum in sæculum sæculi.

Salmo 91.13

ALLELÚIA, allelúia. Justus ut palma florébit: sicut cedrus Líbani multiplicábitur. Allelúia.

Mateo 19.27-29

IN illo tempore: Dixit Petrus ad Jesum: Ecce nos relíquimus ómnia, et secúti sumus te: quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis: Amen dico vobis, quod vos, qui secúti estis me, in regeneratióne, cum séderit Fílius hóminis in sede majestátis suæ, sedébitis et vos super sedes duódecim, judicántes duódecim tribus Israél. Et omnis, qui relíquerit domum, vel fratres, aut soróres, aut patrem, aut matrem, aut uxórem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, céntuplum accípiet, et vitam ætérnam possidébit.

Salmo 20.3-4

DESIDERIUM animæ ejus tribuísti ei, Domine, et voluntate labiorum ejus, non fraudasti eum: posuísti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

SACRIS altaribus, Domine, hostias superpositas sanctus N. Abbas, quæsumus, in salutem nobis prove-nire deponat. Per Dominum.

GRADUAL

Señor, le has prevenido de venturosas bendiciones; y has puesto sobre su cabeza una corona de piedras preciosas. *V.* Te pedía la vida y tú se la has concedido, largos días en los siglos de los siglos.

ALELUYA

Aleluya, aleluya. *V.* El justo crece como la palma, y se eleva como el cedro del Líbano. Aleluya.

EVANGELIO

En aquel tiempo: Dijo Pedro a Jesús: Ya ves que nosotros lo hemos dejado todo, y te hemos seguido. ¿Qué habrá, pues, para nosotros? Y Jesús les respondió: En verdad os digo, que vosotros que me habéis seguido, en el día de la Regeneración cuando el Hijo del hombre se sienta en su trono de gloria, también os sentaréis vosotros sobre doce tronos para juzgar a las doce tribus de Israel. Y cualquiera que haya dejado casa, hermanos, hermanas, padre, madre, esposa, hijos o tierras en mi nombre recibirá el ciento por uno y poseerá la vida eterna.

OFERTORIO

Tú le has colmado, Señor, el deseo de su corazón y no le has rehusado los ruegos de sus labios; le has puesto en su cabeza una corona de piedras preciosas.

SECRETA

Te rogamos, Señor, que por la oración del santo abad Guillermo sean provechosas para nuestra salvación estas ofrendas que depositamos en tu santo altar. Por nuestro Señor.

PREFÁCIO COMÚN

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominaciones, tremunt Potestates. Cæli, cælorumque Virtutes ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti, jubeas, supplici confessione dicentes:

Salmo 12.42

FIDELIS servus et prudens, quem constituit dominus super familiam suam: ut det illis in tempore tritici mensuram.

PROTEGAT nos, Domine, cum tui perceptione sacramenti beatus N. Abbas, pro nobis intercedendo: ut, et conversationis ejus experiamur insignia, et intercessionis percipiamus suffragia. Per Dominum.

En verdad es digno y justo, equitativo y saludable, que en todo tiempo y lugar, te demos gracias, Señor, santo, Padre, omnipotente y eterno Dios, por Cristo nuestro Señor. Por quien los Ángeles alaban a tu majestad, las Dominaciones la adoran, tiemblan las Potestades, los Cielos y las Virtudes de los cielos, y los bienaventurados serafines la celebran con igual júbilo. Te rogamos que con sus alabanzas recibas también las nuestras cuando te decimos con humilde confesión:

COMUNIÓN

Fue siervo fiel y prudente, puesto por su amo sobre su familia, para distribuir a rada uno, a su tiempo, la ración de trigo.

POSCOMUNIÓN

Protéjanos, Señor, la intercesión de tu santo abad Guillermo, juntamente con el sacramento que acabamos de recibir, para que imitemos los ejemplos insignes de su vida, y sintamos el apoyo de su intercesión. Por nuestro Señor Jesucristo.